Quaestio medica Quodlib. Disputationibus agit^da^ In Scholis Medicorum die Jovis 20^a^ novembris.

Doctiss. viro D. Bonaventura Grangier D. M. Moderatore Prudentiss.

Suntne Rara Corpora Saniora?

Saluberrimum Corpus cum proba sit omnium partium temperie, exiguas cuiusdam latitudinis participet decumbendi; in organicis conveniens magnitudinis ubertatemque naturae aut formatricis facultatis robur potius quam humiditatem aut siccitatem indicante, definito numero, situ, et connexione à divinioris causa quam à temperamento profectis omnes actiones (quas facultatibus illaesis laedi possunt) inculpatas obtinet, vixque, nullis causarum externarum occasionibus de suo statu dimovetur: externis vero (quarum nulla simus suscipiendis praeparatio quicquam potest) constantissime resistendo, si quando victum succumbat in eorum demum morbos incurrit, quibus beneficio solius morborum medicatricis naturae levi aut nullo medici auxilio statim defungitur, vitaque, [...] etiam diuturniore, quam caeteri quidem perfruitur.

His quidem notis rarum Corpus à temperato illo primum suum locum sibi vindicat, quod, licet non omnis magni tamen excessus expers ad calorem frigorem moliorem vitas non nescit authorem, omnque actionum opificem declinat: Proinde opus Corpus per viarum laxitatem subita morborum solutione naturae (quas viae etiam ignotas plerumque tentat) plurimum adiumenti adferentem, primum sit confluxus, et constrictionis standemque; osculis vasorum in cutem desinentiis reservatis, perspirationis partimque; cum scilicet illa initio tota sibi continua, densiorque, glabra, absumpta humiditate solidior effecta, eorum quas quotidie offlatum impressa vestigia retinet.

Rarum Corpus his dotibus ornatis, trium principum partium [...] totidemque; facultatum robore, plurimum valet, praesertim vero naturalis et vitalis, in quibus ad morborum tum praecautionem, tum curationem plus inest momenti, quam animali, quas vel austro quam aquilone flante, sic etiam hic solet esse languidior. Ac naturalium quidem (quas ab una eodemque; temperamento profectas, eo tamen alienato non omnes simul perdere) interior hic symmetria singularumque; virtute excrementis omnibus etiam insfoedere et vimas parca excretione expurgatam causarum internarum pravioras à se nullo negotio propellit, vixque; nullis à diaeta morbis corripitur. Nec vero postilentia aëris venenata contagione, modica inspiratione, aut loci mutatione, potius quam cutis adstrictione declinanda levius afficitur quam densum; cumque; affectum fuerit per insensibilem perspirationem respirationis nonnunquam vicariam facultatis vitalis robore malignam illam qualitatem expeditius deponit.

Atque; vel ab utrisque; causis minus laeditur, sic morbis correptum levius liberatur, longius enim concoctione quam parca victus ratio in illis morbis non damnanda iuvat, vel absque in partem non momentaneam facta, acutis vero critica excretione in statu vel paulo ante facta naturae finem imponit. Hinc austrina quam aquilonia constitutio, aestate quam hyeme, meridionalibus quam septentrionalibus, viris quam foeminis, pueris quam senibus morbi breviores, seueriores crisesque, molliores et frequentiores sunt. Quod si per patentes cutis meatus non excrementis modo, sed etiam nutrimentis exhalantibus corporisque transpirante immoderatius calore nativo frigidius reddatur, alimento sicciore, tenaciore, uberiore sic instaurandum, vel affluxus effluxui non multis inferior vitam in multos annos prorogare possit.

Densum vero Corpus sive caloris imbecillitate, sive cutis siccitate, aut eiusdem humiditate, sive ambientis frigore vel astringentis lotione densitas ipsi accedit, ad externas iniurias propulsandas non tantum habet ex ea praesidii, quantum ad easdem perspirationis ex corporis impuritate prolicitatis: ab internis vero à procedunt excrementorum natis quotidie consistitur. ac excrementa quidem benigna plerumque, vitiosa cacochymiam, vitaque; obstructionem putredinis pariendi insumit. hac febres putridas omnes generis accedit, quibus in cutis non rarefacta incedebitur, aut novis quotidie collectis humoribus vitiosis cum longiore periculosioris, aut iisdem febricoribus redditis mortis immaturae periculum adfert.

Sunt ergo Rara Corpora Saniora.

Hae Egidius heron Lutetianus. 1572.

D. Doct. Disp.^ri^

M. Robertus Crochon. M. antonius Duval. M. Guillelmus Robineau.
M. petrus de la Bistrade. M. Guenetius Aragon M. Ludovicus Duret Med. et Prof. Regius.
M. Henricus de Monantheüil. M. Lazarus Chenot. M. Petrus Laffilé.

B.I.U.M.